



**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

413. Die sancti Francisci Xaverij. De victoria sui sine fine.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

D E C E M B E R.

M E D I T A T I O   C C C C X I I I .

## De S. Xaverio.

**A** Spiciam genuinum sancti Ignatij filium igneum, spiritu ejus plenum, suis unicè suadentem victoriam sui, hoc inquietans tam didici ex optimo parente nostro; si hoc fiat, sufficit. Petam eum imitari,

*Conf. 1.* Victoriam sui in sancto Xaverio respiciam fructum amoris proprij, id est, peccatorum, quia (ut refert P. Bartolus in Asia sua, fol. 432.) à Nativitate sua, nec corpus, nec animam ulla fœditate unquam contaminavit. Confessarij autem ejus fassi sunt, quod in nulla specie lubrica unquam labitur venialis deliberata, eum damnare potuerint. Qui etiam dormiens occurrenti speciei malæ usque ad venarum pectoris læsionem & sanguinem se opposuit. Cumque adhuc Juvenis in viridi ætate persona pulcher, vultu amabilis, & sanguineus esset, qui humor in eo prædominabatur, nobilitate illustris, jurisque sui, nunquam adduci potuit, ut se alicui maleolenti crederet amicitiae.

*Conf. 2.* Victoriam sui in S. Xaverio respetu r̄amorum amoris proprij. seu passionum, quarum habuit ingens dominium, ex heroicis suis victorijs, dum prius Elephantiaci ore sepsit,

terfuit, dum leprosum & crustis morbidis eo-  
opertum lavit, & postmodum aquam illam  
ore babit, factaque oratione sanitati eun-  
dem leprosum restituit, subinde tota septi-  
manâ à Dominica Palmarum ad Sabbatum  
sanctum nihil bibit, nihil comedit. Denique  
nemo devotissime usque ad extremum spi-  
ritum omnia incommoda suffert, qui pas-  
siones suas non domuerit. Atqui de sancto  
Xaverio in Bulla Canon. refertur: *Contractus  
ob assiduos labores morbis gravissimis, sepius  
naufragium passus est, astus, frigoris, nudita-  
tis, vigiliarum, sitis, famis incommoda deo-  
rotissime sustinuit.*

*Conf. 3. Quomodo per amorem Dei, &  
proximi radicem amoris proprij extirpave-  
rit. Quia à Deo quidem solatiorum satis ac-  
cepit, sed pro Deo & proximo agere, atque  
pati nunquam satis potuit, quæ sine fine  
amplius expetebat. Et hæc est differentia  
Naturæ, artis, & virtutis perfectæ. Illa duo  
sunt definita: quia animal non omni tem-  
pore sibi simile gignit: nec Pictor quavis  
ætate excellit, tremunt manus, hebescunt  
oculi, sed virtus, moxumque perfectio im-  
mensa est, gradus infiniti, vita tota, quam-  
vis ad finem usque mundi producta, augeri  
potest Cujus metam nec ipse quidem Paulus  
attigit se facetur. Ad Philipp. 3. Quid ergo  
ip̄s*

ipſi de nobis statuere debemus, qui tanto  
intervallo diſtamus ab Apcſtoli & Xaverij  
perfectione, qui poſtquam Chinas conve-  
ſurus erat, per ſeptrionem redire voluit  
in Europam, & inibi Tartariam, teriaque  
redux Africam, atque ita totum, quā latē  
patet, orbem uni Deo ſubijcere. Orabo corā  
Venerabili Orationem S. Franciſci Xaverij.

Neque ad amandum te Domine, movet  
cor meum illud cōlunī, oblatum in pro-  
mū benete a manti, neque ille a deo com-  
munis me movet horror, quod, qui te non  
amat, ei infernus fit apertus. Tu moves, ô  
mi Deus! mi Redemptor! quem in hac  
cruce video ſuffixum, movet me corpus adeo  
dilaceratum; movent clavi, languis, dolores;  
movent opprobria tua, & mors, quam pro  
me reo perpeſſus es. His me moves DEVS  
meus ad tam ſincerum amorem, qui integer  
durabit, et ſi prœmium eccl., & exilium infer-  
ni deficerent ex toto. Nil mihi dando habere  
potes amorem meum, quia nil ſperando te  
amo, & amabo, quia es Deus meus.

M E D I T A T I O C C C C X I V .

*De Immaculata Conceptione.*

*De adharentia B. V. Deo.*

A Spiciam B. Virginem ſine umbra labiſto.  
tam lucidam, amictam ſole gratiæ. Peccā  
pantem aliquam ejus gratiæ, Conf.